

CL. TIBERIVS NERO CAES.

**I**nter multa Tiberij Cæsaris flagitia,  
 pauca melioris animi signa circa pri-  
 mordia Principatus, velut rara luminaria  
 inter densissimas tenebras effulgent, ex  
 immensis ac innumeris honoribus, vltro  
 oblatis, plurimos ac maiores respuit: Na-  
 talem suum profusus celebrari non su-  
 stinuit, templa & quicquid diuini cultus  
 Cæsaribus exhiberi consueuerat, spreuit:  
 Statuarum & imaginum insolentiã com-  
 pescuit, inter Deorum simulachra collo-  
 cari vetuit, sed in ornatu domestico ha-  
 beri permisit, idque non aliter quàm se  
 consulto. Iuramenta in ipsius acta, mens  
 appellationem de nomine suo, præno-  
 men Imperatoris, & Patris Patriæ cogno-  
 men, & civicam coronam, & cætera vana  
 & leuia, quibus ad illum diem fortuna  
 Cæsarum, velut oblita hominem, cum  
 cælo de sublimitate contenderat, à se  
 quàm longissimè reiecit, adulatoribus  
 acriter infestus (quod nescio an quicquam  
 præsertim in Principe laudabilius esse  
 queat) iustus aut verba, quibus vllum adu-  
 lationis vestigium inest, execrabatur  
 atque oderat: Consolarem virum ad ge-  
 nua procumbentem, indignum Cæsaris,

E j.